Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26317
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in alio et spiri sancto qr videt homines esse non alio
aut quodcumque / et personae distinctio qr videt petrum
non esse paulum aut johnem non petrum aut paulum Ita est
in visione dei facie ad faciem qr ubi est immediata vi
sio qr contemplans in propria videt dominum per se et in se non in a
liquo per aliud et videt unum numero divinae substantiae ad tres
personas divinas et tum personarum distinctionem.
Quinto autem qr contemplatio quae est adhuc in via non in
propria non potest esse continua nec perpetua / qr pondus carnis
corruptibilis animam in contemplatione elevatam deorsum ad se retrahit
et aufert et sic contemplationem minuit et interrumpit unde in
sapientia ix. Corpus quod corrumpitur aggravat animam et deprimit
terrena inhitatio sensum multa cogitante. Qua ut dicit aug
in lib. Solilo. cap. x. Dum in hoc corpore adhuc est anima / si ple
nissime videat hoc est intelligat deum / tunc qr sensus corporis
adhuc vitiatus suo opere si nihil in valeat ad fallendum
tunc non nihil ad ambiguendum ut magis possit adhuc
visio illis dicta fides de deo quam scia aut agnitio vel potius
hoc rere dicimus est qr quantum officium et actus contemplationis est
carnis corruptibilis pondus cum meore petere pri qr dicebat
apls ad philippi. y. Cupio dissolvi et esse cum xpo.
Sexto uno qr considerationem dominorum omnium ex quibus in
contemplatione surgit admiratio et meditatio et delectatio
de magnitudine divine potentiae / et pulchitudine sapie
et multitudine bonitatis et clementiae relucentis in